DISSERTATIO INAUGURALIS CHEMICO-MEDICA.

SISTENS

GUMMI-KINO USUM EIUSQUE VIRTUTES.

QVAM

CONSENSU

GRATIOSI

MEDICORUM ORDINIS

PRO GRADU DOCTORIS

MEDICINAE, CHIRURGIAE AC ARTIS OBSTETRICIAE

DEFENDET

CAROLUS ALBERTUS SCHENCK

Siegena-Nassoicus.

Die XVII Septembris cIɔ Iɔ CCLXXXXIIII.

MARBURGI-CATTORUM

LITERIS NOVAE TYPOGRAPH. ACADEM.

PATRUO

OMNI PIETATIS CULTU PROSEQUENDO

FREDERICO ALBERTO

SCHENCK.

SERENISSIMI PRINCIPIS

NASSOICO-ORANIAE etc.

CHIRURGO PRIMARIO

SACRUM.

PRAEFATIO.

Cum ab aliquot retro annis, Gummi-Kino uſu medico inclaruerit praeſtantiſſimo ejusque egregiae virtutes non omnes compertae nec experientia comprobatae ſint; haud labor fruſtra ſusceptus videtur, experimentis in hoc pharmaco inſtituendis, quibus polleat viribus, ad quos morbos debellandos valeat, fuſius explanare. Bene quidem ſcio, nec pharmaca citra neceſſitatem eſſe multiplicanda, nec materiae medicae medicamentorum farraginem

in-

incremento futuram, quin potius, lubens concedo, nocituram. At non ea est nostri medicaminis conditio, ut eo facile carere possimus, quin potius exserit vires in haemorrhagiis uteri post partum illico insequentibus, fluore albo febribusque intermittentibus, prae ceteris in usum vocari solitis medicamentis, admodum conspicuas. Quae cum ita sint, non est, quod in medicamenti dignitate exponenda verbosior sim.

Interim aequi bonique consule, quidquid est, quod pro virium, quo me metior, modulo, proferre volui ac potui, atque juveni, si qui sint, qui irrepserint errores, ignosce. Vale!

---

§. I.

§. I.

Descriptio Gummi-Kino.

SYNONIMA.

Gummi-Kino, Gummi Gambiense, Gummi rubrum adstringens, Gummi adstringens Fothergillii.

§. II.

Historia medicamenti.

Patriam habet nostrum pharmacum Africam, ubi, qua flumen Gambia mare influit, colligi fertur. Sin vero paulo curatius in natale solum Gummi-Kino inquisiveris, Senegambiae, in cujus productis memoratur quoque arbor quaedam, gummi ferax, hactenus ignota, pharmacum nostrum adscribes. Iure itaque ad recentissima re-

fe-

ferendum esse Gummi - Kino, medicamenta, quod materiae medicae incremento erit, ex sequentibus adparebit. Primus Cl. FOTHERGILL Gummi - Kino et noviorem descriptionem et determinationem, exhibens, succum esse, ait, incisione facta in corticem arboris cujusdam, quae *pau de sangue* vocetur, et in Africae parte crescere dicatur, exsudantem. Consentiunt autem plerique, qui hujus Gummi mentionem fecerunt, auctores, accuratiorem hujus arboris botanicam descriptionem hactenus desiderari. Monuisse hic sufficiat, a Collegio Edinburgensi medico, jam nostrum Gummi, usu cognito, nec praeterea ab ullo alio dispensatorio, quantum ego quidem scio, esse receptum.

§. III.

Exactior descriptio.

Nostrum Gummi - Kino frustis diversae magnitudinis splendescentibus ad nos perfertur. Est durum,

durum, asperum, fragile, coloris ex obscuro rubescentis nigricantis atque impellucidi, cujus minima frusta rubra et paululum pellucida videntur.

Inter digitos tritum odore caret, in lingua ex aliqua parte cito in substantiam pituitosam abit; est fortis haud tamen ingrati, puri contrahentis saporis, vi, qua pollet succus catechu, fortioris. Igni impositum in flammam non deflagrat, sed in carbonem convertitur, ingratumque empyreumaticum odorem spargit. In crudam massam redactum aqua maximam partem solvitur, quo ceu singulari sua qualitate donatum, a draconis sanguine, quocum similitudine magna videtur convenire, internoscitur. Aquae calorem ex obscuro rubentem saporemque valde contrahentem conciliat. Quod in aqua non solutum remanet resinosae indolis videtur, atque in alcohole solvitur.

§. IV.

§. IV.

Chemica analyfis.

Progredior ad Gummi-Kino chemicam analyfin. Vt igitur perfuaderer, utrum adftringens materia in medicamento contineretur, nec ne, ita procedebam. Eodem tempore definitam Gummi-Kino copiam, partim aqua, partim alcohole, partim deftillato aceto vini, partim vero vino albo folvebam. In omnibus modo memoratis fluidis in alio plus, in alio minus folvebatur. In aqua maxima ex parte pituitofae, remanente, ut fupra monui, refina; in alcohole refinofae, pituitofae partes non item: vino et aceto partim pituitofae, partim refinofae, non tamen omnes omnino folvebantur.

§. V.

Paucis nunc Gummi-Kino folutionis modum in alcohole abfolvam. Alcohol, ut poftea inqui-

quirendo accuratius deprehendebam, dimidiam tantum Gummi Kino partem ſolverat; remanebat enim a Gummi-Kino duabus drachmis, quibus tam diu alcohol ſuperfundebam, donec non jam coloraretur, una drachma non ſoluta, in qua nihil reſinoſae ſubſtantiae contineretur. Aliquas concentratae tincturae guttulas (evaporaveram enim alcohol defuſum in retorta, modico igne ſubſtrato, ad ſemunciam) inſtillabam ferri in acido vitrioli ſolutioni, quo effectum eſt, ut ferrum denſa et nigra nube, quin ceu denſum nigrumque corpus ſubſideret, ex quo ſuſpicio, copioſam adſtringenten materiam in Gummi-Kino contineri, naſcebatur juſtiſſima. Tum concentratam tincturam evaporabam ad ſiccitatem usque, et ponderabam reſinoſas ſuperſtites partes, quae drachmam unam conficiebant. Obtinebam itaque a Gummi-Kino alcohole ſuperfuſo, unam gummoſarum, ac pituitoſarum, et

ex

ex evaporata concentrata tinctura, alteram resinosarum partium drachmam, igitur has duas, quas adhibueram, Gummi - Kino drachmas.

§. VI.

Disquisitio solutionis in aqua.

a) Ex ferri solutione in acido vitrioli, quam Gummi - Kino solutioni in destillata aqua, pedetentim instillabam, multum ferri, quod nigris flocculis subsidebat, praecipitabatur. Post viginti quatuor horas flocci in densam caseosam massam coibant, ex quo simili ratione ad adstringentem materiam concludere licebat.

b) Cupri solutio in acido nitri ex solutione Gummi - Kino in aqua destillata, turbulenta fusci coloris praecipitatione, instar prioris frequentissima ac post 24 horas adhuc immutabili, praecipitabatur.

c)

c) Saturni facchari folutio in aqua deftillatà, ab aquofa Gummi - Kino folutione fufco colore flocculisque fubfidebat. Horis XXIV. poft, plumbum cafeofam confiftentiam, fubfufcum colorem affumferat, et inftar ferri ac cupri praecipitationis erat copiofum.

d) Argenti folutio in acido nitri, ab aquofa Gummi - Kino folutione, colore e fufco candicanti atque impellucido, flocculis non aeque copiofis, atque praecedentibus praecipitationibus, neque horis viginti quatuor poft mutatis, praecipitabatur.

§. VII.

1) Quo facto, ad Gummi - Kino in aceto vini folvendum pergebam. Uni hujus folutionis parti inftillabam ferri in acido vitrioli folutionem, quae quidem pariter nigro, minori tantum gradu, quam ferri folutio, aquofae atque

al-

alcoholifatae tincturae inftillata, colore, fubfidebat, poft 24 horas praecipitationis mutationum nullis indiciis.

2) Quae Gummi-Kino folutioni in deftillato vini aceto factae, inftillabatur cupri folutio in acido nitri, turbulenta fufci coloris ad fundum defcendebat, non tamen aeque copiofo et obfcuro, atque in folutione, cupri in acido nitri, aquofae Gummi-Kino folutioni inftillata, praecipitato.

3) Adfufa facchari Saturni in deftillata aqua folutio, gummi-Kino in aceto vini, candicanti colore folutum praecipitabat, viginti quatuor horis praeterlapfis e fufco candicanti colore adparente. Quod attinet ad fedimentum, id parciori copia, quam in facchari Saturni folutione in aqua aquofae Gummi-Kino folutioni infufa aderat.

4)

4) Argenti solutio in acido nitri, in Gummi-Kino solutione aceto vini facta, praecipitatum fusci atque impellucidi, viginti quatuor horis autem post, e fusco magis nigricantis coloris efficiebat. Hoc unico igitur casu indicia apparebant clariora materiae in magna copia adstringentis obviae, quam in solutione argenti, aquosae Gummi-Kino adfusa.

§. VIII.

Ducor ad Gummi-Kino solutionem in vino albo factam.

1) Quae ad hanc solntionem adfusa ferri solutio, minimum praecipitatum efficiebat, id quod argumento est gravissimo, in Gummi-Kino solutione in vino, minimum adstringentis materiae contineri. Horis viginti quatuor praeteritis nil mutabatur.

2) A ſolutione cupri in ſolutione Gummi-Kino vino effecta, nil, praeter candicans turbidumque ſedimentum producebatur, nullis 24 horis poſt, mutationum veſtigiis.

3) Solutio ſacchari ſaturni, Gummi-Kino ſolutionem in vino, candicanti, 24 horis interjectis, e fuſco magis albicanti colore, praecipitabat.

4) Quod ſolutione argenti facta, et huic Gummi Kino infuſa, ſubſidebat, erat exiguum, ac coloris e fuſco candicantis, apparente poſt horas 24, nullo mutationis veſtigio.

§. IX.

Ex omnibus, quae ſuper ſolutionibus Gummi Kino inſtitui, experimentis, facile adparet, proxime a ſolutione alcoholiſata Gummi Kino, in aquoſa majorem adſtringentis materiae partem

con-

contineri. Optime igitur duae hae solutiones usui medico inservient; et, si ab his discesseris, solutio Gummi-Kino in aceto vini, solutioni in vino praeferenda erit.

§. X.

Proximum est, ut, quae in acido nitri ac Gummi-Kino instituerim, experimenta referam. Experturus igitur, utrum acidum sacchari, an acidum phosphori, num nupta ambo ingrederentur in nostrum medicamentum, ita procedere optimum arbitrabar.

Superfundebam drachmae integrae in tenuem pulverem redacti Gummi-Kino, sufficientem acidi nitri in retorta copiam, dimidiamque acidi nitri partem tot repetitis vicibus dephlegma-

 bam

bam, donec non jam coloraretur. Tum id, quod in retorta remanebat, adhuc calidum decollatae cucurbitae infundebam, modicoque igne substrato, ad 2 drachmas evaporabam, quo facto, tectum cellulae committebam, in qua, cum per octo dierum spatium missum factum esset, a quatuor lateribus figuram prismatis referentes crystalli formabantur, quod argumento erat, in Gummi - Kino, acidum sacchari contineri, quod quoque inquirendo curatius comperirem. Quae enim in destillata aqua solutae erant crystalli; aquam calcis praecipitabant, solutio vero calcis, mediante acido salis communis ac acido nitri, nec non adfusum nitri acidum purum, praecipitatum non solvebant.

§. XI.

§. XI.

Tum cryſtallorum fluidum iterum in cucurbitam infuſum, recens acido nitri addito, ad ſyrupi conſiſtentiam evaporatum cellae committebam, in qua iterata vice duorum dierum ſpatio cryſtalli formabantur; quod experimentum tam diu repetebam, quoad non amplius adparerent. Cryſtalli progenitae omnes pondere erant circiter duodecim granorum.

§. XII.

Experimenta, quae in ſuperſtite fluido, nullas cryſtallos effingente, inſtituebam, haec fere ſunt:

1) Calcis ſolutio in acido nitri a reſiduo acidi nitri, ex quo cryſtalli non amplius formabantur, in lac concreſcebat.

2) Haud diſpar erat ratio ſolutionis aquae calcis.

3) Adfuſum nitri acidum juſto majori copia, fluido haud lucidum colorem conciliabat, ex quo adparet, acidum ſacchari nondum cryſtalliſati in eo fuiſſe contentum.

4) Ferri ſolutio in acido vitrioli, quae acidi nitri reſiduo, in quo cryſtalli non amplius formabantur, inſtillabatur, initio flocculis albis XXIV horis autem poſt, candido plane colore praecipitabatur, ex quo concludere poteram ad acidi phosphori praeſentiam.

Ex

Ex omnibus his, quae inſtitui, experimentis, ut credo, aperte conſtat, in noſtro pharmaco et ſacchari et phoſphori acidum contineri.

§. XIII.

Uſus.

Vidimus §§. praecedentibus, in noſtro Gummi adſtringentem contineri materiam. Quae ſic vera ſunt, utut experientia comprobantur, uſui medico optime inſerviturum eſſe Gummi-Kino, facile adparet.

Primus Cl. FOTHERGILL *a*) eius uſum commendabat, nullis tamen ejus efficacitatis experi-

a) *Medical obſervations and enquiries. Vol. pag.* 358.

perimentis adductis, cujus quoque suasu, a recentiori Edinburgensi pharmacopaea receptum peculiarem tincturam *b)* pulveremque stipticum alumine conjunctum ingreditur.

§. XIV.

Sequitur, ut, quibus morbis Gummi-Kino inprimis praeter usum qualesque effectus edat egregios, dispiciamus.

Igitur cum compertum sit experimentis, multum in Gummi-Kino adstringentis materiae con-

---

b) *Pharmacop. Edinburg. additt. adjecit E. G. Baldinger edit. in Germ. alt. Bremae* 1784.

contineri, analogia duce jam concludere licet, id hunc in classe stipticorum principem mereri locum.

Quo liquidius autem constet, nostrum Gummi vim hanc edere, liceat mihi quaedam, experientia suffulta, quae documento esse possint, hic adponere.

Cl. EBELIN a) in magno vulnere inciso ad quatuor digitos ad ossa usque pertingente, usu

a) *Medical observations and enquiries vol.* 1. *p.* 358. cf. W. CULLEN Lehre von den Arzeneimitteln aus dem Englischen mit Zusätzen versehen von I. P. EBELIN. Leipzig 1781. pag. 219.

ufu tincturae e Kino id effecit, ut fanguinem momento citius fifteret, licet aquofa tinctura experiundi gratia, uteretur, ne forte adhibita fpirituofa, fpiritus vini vires noftro Gummi adfcriberentur. Uuam Gummi . Kino unciam fex alcoholis unciis mixtam, efficere tincturam fat validam, ejusque reliquias infolutas aquofae tincturae IV. unc. fufficere, EBELIN edoctus experimentis dicit.

Nec minori cum utilitate, Cl. FOTHERGILL noftro Gummi ufus eft in haemorrhagiis praecipue uteri poft partum ftatim infequentibus. Proftant plures porro plurium obfervationes, ut CULLEN *a*) qui noftri Gummi in haemorrhagiis

a) W. CULLEN Abhandlung über die mat. medica. Uebersetzt von S. Hahnemann 2ter Band 1790. pag. 52.

hagiis uteri poſt partum inhibendis conſpicuam eſſe virtutem, ſibi firmiter perſuadet. Hic adhibetur Gummi-Kino vel interne, vel externe, iniectione, ac linteo carpto imbuto tinctura e Kino indito.

§. XV.

Interim tamen monendum eſſe cenſeo, ſalvo ceterum Gummi-Kino ſtiptico uſu ut plurimum incolumi, in paſſivis quidem haemorrhagiis ſiſtendis cerni virtutem, non aeque vero in activis, quippe quibus, de mea quidem ſententia, nec utilitatis aliquid, quin imo damnum, augendo nimirum inſtar chinae irritabilitatem vehementioremque ad adfectam partem ſanguinis congeſtionem, adferre facile poterit. Contraria autem ex parte, in haemorrhagiis cujuscumque generis paſſivis, uſu non deſtituitur, quippe in quibus re-

relaxatarum partium roboratio tonique reſtitutio indicantur. Noſtrum autem Gummi revera ad haemorrhagias paſſivas reprimendas valere, et theoria et experientia fulcitur. Ex partibus enim quae Gummi-Kino conſtituunt, et experimentis virorum, qui in re medica haud infima tenent loca, e. g. Cell. CULLEN et FOTHERGILL utrumque facile apparebit.

§. XVI.

Nec hoc loco ſilentio praetereundus eſt Cl. EBELING, cujus quidem jam ſupra mentionem fecimus, qui ejus virtutem experimentis, quae Cl. SCHAEFER Lüneburgenſis medicus in haemorrhagia uteri inſtituit felici cum ſucceſſu, injectionibus in uterum factis, quibus ſanguis ſiſtebatur, comprobatam vidit. In alio praeterea caſu, ſanguinis nempe profuſione magna ab evul-

evulso dente producta, cui sistendo fortissima quaeque a[illegible] i[illegible]seque, quem supra memoravi, *pulvis stipticus* ex una cum dimidia aluminis uncia et tribus Gummi Kino drachmis confectus, impar [illegible], Gummi Kino in subtiliorem pulverem redacto id effecit, ut sanguis illico inhiberetur.

§. XVII.

Est quoque commemorandus Cl. GILLESPI *a)* qui egregios Gummi Kiro [illegible]tionis in aequali rubri Gallici ac rubri Portugallici vini copia

---

a) London medical Iournal vol. IV. c. f. Sammlung auserlesener Abhandlung. für praktische Aerzte 12ter Band. pag. 160 et 175.

copia, effectus laudibus extollit in putridis ſcorbuticis ulceribus, contra quae decoctum et pulvis chinae nil valuerant. Etenim hujus ſolutionis uſu factum eſt, ut profuſior, male olens ſanguinea ulceris effluens materia imminuta, corrigeretur, ac quo minus latius ſerperet, impediretur, quae obſervatio medicorum attentionem certo meretur.

§. XVIII.

Recenſitis nunc, quas alii in noſtro Gummi pericula fecerunt, obſervationibus, reſtat, ut pauculas, quae ego ſuper Gummi-Kino virtutibus effectibusque inſtituerim, obſervationes, quam breviſſime fieri poterit, coram conſpiciendas praebeam.

a) Canis crus anterius ex longitudine profude incidebam, quo facto, ſanguinis magna copia effluebat. A tinctura autem e Kino aceto vini confecta, ſanguis ſtatim inhibebatur.

b) Alius provecta aetate canis caudam ferro demetebam; inſequebatur ſanguinis profuſio haud parva, quae brevi admodum tempore, ab aquoſa Gummi-Kino ſolutione, reiterato nullo ſanguinis fluxu, cohibebatur.

c) Columbae ambo crura ad os usque incidebam. Initio vinoſam Gummi-Kino ſolutionem experiebar, quae, cum debitos autem non ederet effectus, omiſſa hac, ſolutionem in vini aceto in uſum vocabam, quo effectum eſt, ut ſanguis illico reprimeretur.

Plura

Plura poſſem in medio ponere, quae inſtituerunt, experimenta, quibus vis, qua Gummi-Kino pollet, ſtiptica, elucesceret; ſed ſuperſedeo reliquis enarrandis, perſuaſus, vel ex his, ſtipticam noſtri pharmaci virtutem facile poſſe intelligi.

§. XIX.

Recte proinde commendat Cl. FOTHERGILL internum noſtri medicamenti uſum in lienteriis, cujus effectus inſignes Cl SCHAEFER in inveteratis diarrhoeis, a repetitis in die vicibus 50 — 80 guttulis productos depraedicat. Nec Cl. EBELIN deerat, miros in aquoſis inveteratis diarrhoeis effectus experiundi occaſio, quem in finem ad mixtam tincturam additam aquam cinnamomi ſimplicem

cem laudat, quippe qua fit, ut sapor per se non adversus magis adhuc corrigatur. Composita est autem tinctura e Kino ex Gummi-Kino duabus unciis et sedecim spiritus vini rectificatissimi unciis per octo dies digerendis ac percolandis.

Praecipua autem Gummi-Kino virtus, in eo diarrhoeae genere cernitur, quae manifesto debilitate alitur. Ex quo ejus efficacia in dysenteria, ubi sub finem, sublato quoque irritamento perenniores diarrhoeae perdurant, facile deprehendi poterit.

§. XX.

Excellit tum quoque nostri pharmaci virtus in fluore albo compescendo, in quo Cl. FOTHERGILL fausto cum successu usus est. Vertitur autem hic caput rei in determinan-

nan-

nandis accurate leucorrhoeae caufis. Quodfi enim debilitas, amiffus folidarum partium tonus inculpa fit, vel fi fublatis quoque caufis, leucorrhoea debilitate, frequentiffima hujus mali origine alatur, virtus Gummi-Kino, pro adftringente, qua pollet, vi, in hoc morbi genere infignis certe confpici debet. Et externus et internus ufus prodeft, hic tincturae forma pro dofi, quam Cl. EBELIN laudat, vel in pulveris forma; ille injectionibus in uteri vaginam pluries per diem a dimidio ad integrum fcrupulum, cui fcopo folutionum, quas fupra pofui, aliqua inferviet. Simili ratione linteum carptum tinctura e Kino imbutum inque vaginam uteri inditum et leucorrhoeae, et quae inde originem trahunt, malis e. g. vaginae prolapfui etc. praecaveret.

Pro-

Probatur autem maxime Cl. CULLEN a) Gummi-Kino alumine mixtum, quod sub nomine pulveris styptici in pharmacopoea Edinburgensi occurrit, cujus vim adstringentem tantam, quam quidem maximam expertus esse, testatur.

Porro Gummi-Kino in blennorrhagia, quae septem annos duraverat, optimaque hactenus cognita medicamina eluserat, miros effectus edebat.

§. XXI.

Nec latet quoque nostri medicamenti usus, si amaris conjungatur, in febribus intermittentibus.

a) W. CULLEN materia medica *übersetzt etc. 2ter Band.* pag. 52.

tibus. Attamen habet hic, ut omnia adstringentia, ejus usus cautiones notissimas. In hisce autem febribus effectu suo non destitui, ex adstringentium, quotquot sunt, virtutibus quas in hoc morbo exserunt, atque chinae, quacum similitudine convenit, analogia pronum est intelligere.

Eadem Iudice FOTHERGILL Gummi-Kino vis cernitur in urinae incontinentia a debilitate effecta, coercenda, tum quoque in ani vaginae et uteri prolapsu sanando, quibus rite reductis, debilitati morbos hujuscemodi saepe redintegranti nostrum Gummi facile medebitur.

Praeclaram porro sitam esse nostri medicaminis vim in debellanda scorbutica gingivarum affectione cum haemorrhagia, atque in uvu-

las

lae relaxatione gargarismatis forma, facile adparet. Obvium est id generis in Fuldensi dispensatorio antiscorbuticum roborans hac formula:

Rp. Gummi - Kino
terrae catechu ana drachm. 1.
Spiritus cochlear. unc. 1.
leni digest. solutis addatur mellis rosati q. s. ut fiat l. a. linimentum.

§. XXII.

Et in antisepticorum numerum cooptandum esse Gummi - Kino, a vero haud absimile videtur. Putredo enim solidorum relaxatione conjuncta est, et omnia, quae contra sepsin adhiberi solent remedia, vi pollent, aut plus aut minus adstringente, qua praedita putredini resistunt.

Forſan tempus erit, quo, quae nondum ſatis experimentis comprobata eſt Gummi - Kino antiſeptica virtus, ceteraeque, quae adhuc ſecunditae latent vires, clariore luce colluſtrantur.

§. XXIII.

Doſis.

Reſtat, ut quali doſi Gummi - Kino exhiberi debeat, paucis adhuc praecipiam. Praeſcribitur Gummi - Kino aut in ſubſtantia a ſcrupulo dimidio ad drachmam ſemiſſem, addito vel ſaccharo vel quod praeſtat, Gummi arabico in magna ventriculi debilitate et irritabilitate, aut forma tincturae; cujus aquoſa ceteris palmam praeripit, quod ceterae partim adſtringentis materiae parum continent, partim vero exaeſtuant, quo caloris effectu, tantum abeſt, ut haemorrhagiae compeſcantur, ut potius maxime augeantur. Ut

autem modo laudata tinctura optime usui inserviat, quatuor partes aquae florum cassiae sine vino cum una Gummi-Kino parte misceantur, cujus concentratae haud exaestuantis tincturae dosis optima erit dimidium vel integrum cochlear.

§. XXIIII.

Haec sunt, quae de Gummi-Kino ejusque virtutibus comperta ac dicenda habui. Equidem multa hoc meo in opusculo manca ac imperfecta sentio, sed virium tenuitas obstat, quo minus sapidiora palato tuo fercula adponere possim. Interim aequi bonique consule L. B. mihique fave.

TANTUM!

THE-

THESES.

I.

Distinctio inflammationum pectoris in pleuritidem et pleuroperipneumoniam inutilis est.

II.

Haemoptysis et apoplexia quandoque emeticis curantur.

III.

Obstructiones viscerum abdominalium in hypochondria et adfectionibus uteri in hysteria vix morbi causae, sed ejus potius effectus esse videntur.

IIII.

IIII.

Nulla febris sine spasmodica vasculorum minimorum constrictione esse potest.

V.

Morbi contagiosi sensim sensimque mitiores fiunt.

VI.

Materies in metastasibus lacteis non est lympha purulenta, sed lac verum.

VII.

Gastrotomia est saepe remedium unicum in ileo ad vitam aegrotantis conservandam.

VIII.

Suturas cranii trepano perforare, ubi opus est, licet.

IX.

Venaesectio in febribus biliosis saepe multum auxilii adfert.

X.

X.

Miliare non ſemper generatur a calido legimine.

XI.

Hydrops multo frequentius ex vaſorum lymphaticorum irritatione quam ex obſtructione oritur.

XII.

Febris vulneribus ſuperveniens, vix unquam mere inflammatoria eſt.

XIII.

Gummi-Kino optimis ſtipticis accenſendum eſſe, exiſtimo.